



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1711

Sectio Tertia. Quia in dubio de existentiâ legis, lex possidet, non libertas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84783](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84783)

SECTIO III.

Quia in dubio de existentia legis, lex possidet, non libertas.

§. I.

Quia regula, Melior est conditio possidentis, tenet tantum in materia justitia.

SUMMARIUM.

Ait M. Merc. dictam regulam à jure citari tantum, cum agitur de justitia, præcipue quia possessio proprie quadret rei corporali, n. 91.

Solvo, & dico, quod possessio æque proprie dicitur de re incorporata, n. 92. 93. 94.

Ejus contradictio circa votum, n. 95.

Subditus de justitia belli dubitans non tenetur parere Regi, n. 96.

Nostra libertas non tollit legem, à n. 97. ad 105.

Ait, quod si probabilis sit legem esse promulgatam, teneat ei stare. & ad summum quod lex humana non satis promulgata non obliget, n. 100.

Qui judicat probabiliter dari legem, tenetur ei stare; non tamen ita tenetur, ut non possit oppositum judicare, à n. 99. ad 103.

Etsi possim probabiliter judicare dari legem, adhuc datur invincibilis ignorantia legis, num. 104. 105.

Lex debet esse certa, non satis, ut probabiliter tantum sit nota communitati, ut obliget, ibid.

N. **O**bjicies 1. ex M. Mercor. 2. p. art. 29. 91. **O**bjicies 1. ex M. Mercor. 2. p. art. 29. 91. fallum esse, quod sicut in dubijs de

M. Merc. materia justitiæ melior est conditio possidentis rem, ita etiam in dubijs aliarum virtutum melior sit conditio possidentis libertatem, ita ut possessio sit titulus communis; fallum est, inquit M. Merc. citans pro se P.

P. Suar. tom. 5. in 3. p. d. 40. sect. 5. nam maior est ratio pro materia justitiæ, quam aliarum virtutum. Primo, quia ea regula non citatur in jure, nisi quando agitur de materia justitiæ. Secundo, quia possessio proprie est de re corporalis; ergo improprie extenditur ad materiam aliarum virtutum. Tertio, quia ideo in materia justitiæ in dubio possessio favet possessori, quia possessio facit præsumptionem, quod possessor sit verè dominus; plerumque enim possidens rem habet jus in illam; & cum quis eam alienat, solet dare vero domino: sed in materia aliarum virtutum possessio non facit præsumptionem pro possidente: ergo &c. Minorem probat; quia dubius de voto, non tenetur ad votum, non quia possessio stet pro libertate dubitantis, nam talis possessio libertatis nullam facit præsumptionem de non voto, quo modo

possessio rei facit præsumptionem dominij, sed quia (ait pag. 148.) dubius de voto non præsumitur votiisse, cum enim votum sit grave, & non nisi cum advertentia fieri solet, consequenter qui non est memor, an votum emiserit, præsumitur non emisisse. Quarto, quia quando Princeps jubet, ut subditus sumat arma in dubio de justitiæ belli, tenetur parere, & tamen possessio stat pro libertate subditi. Quinto, quia ait pag. 199. in casu dubij de existentia præcepti Divini, aut humani, possessionem libertatis humana non facere præsumptionem, quod non existat tale præceptum, quia nostra libertas non tollit a Deo, & à Principe potestatem imperandi. Sexto, quia in dubijs opinio possessio stat pro præcepto operandi juxta rationem, quæ dicitur in dubijs sequendum tutius.

Respondendo me satis ostendisse supra d. 12. N. sect. 3. 92. & paulo post ostensurum, possessionem favere tam in materia justitiæ, quam in materia aliarum virtutum; nec repetenda sunt.

Ad 1. probationem transeat, quod citatur in materia justitiæ, nisi ubi tractatur materia justitiæ; at tamen ratio saltem hoc fundat, si non jus; immo aliter juris regulæ nobis fiunt, quales sunt, *In dubijs favendum est reo*; cur autem, nisi quia possessio est pro eius innocentia? immo in hic modus arguendi tenet, quod dicitur regulæ, *Melior est conditio possidentis*, favet tantum justitiæ, quia unice traditur, quando res est de materia justitiæ, dicam, quod regulæ juris ab Adversariis contra nos allegata, & à nobis citata d. 13. sect. 2. favent tantum materia, immo casui particulari, pro quo in jure traduntur.

Ad 2. nego antecedens; nam, ut docuit in tract. de Just. & Jure, possessio etiam est proprie de re incorporata; datur enim possessio juris, & dominij, quod est quid incorporatum, de quo legi potest M. Petr. Maria Paderinus tom. 1. de Statibus Hominum pag. 185. art. 7. n. 154. pag. 250.

Ad 3. videat Lector contradictionem, nam prius M. Mercor. dicit, quod possessio libertatis nullum iudicium, aut præsumptionem facit de non emissione voti; postea dicit ideo non teneri qui est dubius de voto, quia in dubio non præsumitur votiisse, & pro ratione præsumendi se non votiisse, dat non memoriam voti. Certè si non memoria voti facit præsumptionem pro non voto; non apparentia legis facit præsumptionem pro non lege, & non apparentia obligationis sequendi strictiorem facit præsumptionem pro non strictiori; quod tandem est refundere votum in libert-

in libertatem, quæ sicut non tenetur ad votum dubium, ita nec ad legem dubiam.

Ad 4. probationem dico, quod si subditi tenentur parere, est, quia datur lex certa parendi, quoties bellum est dubie iustum; atque adeo nego, quod tunc possessio stet, si tenetur parere, pro libertate subditi: tunc stat, quando dubius est, an tenetur parere; & in hoc casu subditus miles non tenetur parere. De hoc vide P. Molinam tom. 1. de iust. tr. 2. d. 113. P. Palao tom. 1. d. 2. de Conscient. pu. 8. P. Suar. d. 13. de Charit. sect. 6. n. 12. P. Vailq. P. Sanch. P. Mendo in Statuta disp. 13. qu. 15. s. 3. an. 229.

Ad 5. fateor, quod nostra libertas non tollat à Deo, aut à Principe potestatem imperandi: at aliud est, quod possit imperare, aliud, quod imperaverit; hinc si mihi certum non sit imperasse, non teneor obedire.

Ad 6. dixi, quod quoties utraq; opinio est certo probabilis, non sumus in dubijs; ergo tunc non tenemur sequi tutius.

Dices: Quoties prudenter proponitur hunc hominem esse meum patrem, hanc hostiam esse consecratam, teneor illum honorare, & hanc venerari: ergo quoties prudenter proponitur lex, teneor ei parere. Concedo totum; quid inde? Non enim dico, quod non teneor parere, quando habeo iudicium prudens de lege; sed dico quod possum illud omittere, & assumere aliud prudens, aut prudentius de non lege, si opinio pro non lege sit simul probabilis, aut probabilior; quare objectio transit à similitudine probabilis ad probabilitatem similitatis. Deinde retorqueo: Sicut tunc tantum teneor honorare talem hominem ut patrem, quoties ita mihi prudenter proponitur, quod sit pater, ut non possim formare prudens iudicium de opposito, si autem possim, non teneor; ita in casu nostro, si lex vetans ita prudenter proponatur, ut non nisi imprudenter dubitare possim legem non esse, tunc teneor stare legi, & omittere actionem; si autem lex vetans actionem ita prudenter proponatur, ut prudenter negare possim eam legem existere, tunc non teneor stare illi legi, nec teneor omittere actionem.

Obijcies 2. Hoc principium, *Lex non obligat, nisi sit sufficienter promulgata*, procedit tantum de lege humana, quæ postquam lata est, potest non promulgari; non autem de Divina, quæ satis promulgata est. Confirmatur: Eo ipso quod probabilius constat promulgatio, quam non promulgatio, eo ipso tunc lex est satis promulgata, nec dubitari potest de ejus promulgatione.

Respondeo principium æquè procedere Tom. II.

de omni lege, ut constat ex dictis hic sect. 1. §. 2. ex exemplis legis naturalis in medium adductis; promulgatio enim est quasi applicatio legis subdito: ergo promulgatio est semper necessaria, et si diversa promulgatio sit necessaria pro lege Divina, ac pro humana. Porro promulgatio ita constare debet, ut non possit prudenter negari; sed potest, quando tantum est probabilior; ergo quando tantum est probabilior, non constat ut debet. Rursus promulgatio constare debet peris que subditis; si enim ea lex à perisque negetur, eo ipso ejus promulgatio non constat perisque: ergo cum lex sequendi tutius, aut probabilius, immò lex parendi legi probabilius promulgata, à perisque negetur prudenter, eo ipso non certo constat.

Ad confirm. patet; falsum enim est, quod N. lex probabiliter, aut probabilius promulgata sit satis promulgata; si enim probabile simul sit non esse promulgatam, eo ipso prudenter negari potest, aut negatur; si autem prudenter negatur, non est satis promulgata.

Obijcies 3. Si probabilitas de non lege, N. stante probabilitate de lege, eximeret à legis obligatione, sequeretur, quod probabilius iudicans dari legem, non peccaret, si contra illud iudicium operaretur; sed peccat, ut certum est: ergo ut contra legem peccetur, non est necesse, ut lex certo constet. Sed contra; quia iterum confunditur probabilitas similitatis cum similitate probabilitatis; non enim peccaret tantum, qui operaretur contra iudicium probabilius pro lege, sed etiam ille, qui suspensio iudicio probabiliori pro lege, haberet iudicium minus probabile pro lege; quia nemo potest operari contra conscientie dictamen, quodcumque illud sit. Quare probabilius iudicans dari legem, peccaret operans contra illud; non quatenus operetur contra legem directam, quam probabilius iudicat existere; ut enim contra legem peccetur, debet certo constare, ut dixi; sed peccaret contra legem reflexam certo existentem, vetantem ne homo operetur contra conscientiam, ut constat in omni operante cum conscientia dubia, qui peccat contra legem reflexam vetantem ne operetur cum dubio pratico. Quapropter qui format iudicium, sive probabile, sive probabilius, de lege, nisi illud deponat, peccabit, si contra legem operetur, tenetur enim ex lege reflexa non operari contra ultimum dictamen.

Dices: Si lex sit probabilior non lege, N. non possum excusari à legis obligatione. Nego antecedens; nam non satis est, ut lex sit
Trij proba-

probabilior; sed debet esse certa, ut crite-
riar parere, quatenus principium reflexum
est, quod nulla lex certo obligat, nisi certo
probetur, & ita, ut non lex non sit certo pro-
babilis.

N. Obijcies 4. Quoties probabilior est dari
105. legem, non datur invincibilis ignorantia leg-
is; ita accidit in casu nostro; ergo &c. Sed
contra; quia, ut dixi, ut lex obliget, non
latis est, ut mihi sit probabilior nota, sed de-
bet esse certo nota communitati; sed quo-
ties eius existentia controvertitur, non est
certo nota communitati; ergo non obligat.

P. Thy. Hinc inter alios P. D. Thyrtus diff. 11. n. 24.
scripsit. Ubi dantur opiniones contrarie pre-
babiliter inter DD. Catholicos, veritatem et
se invincibilem etiam post diligens studium,
& orationem ad Deum, in forma nego maio-
ram; ut enim lex obliget, debet lex esse certa,
cum autem in eo casu mihi invincibiliter
ignota sit certa legis existentia, et si mihi non
sit ignota probabilior legis existentia, conse-
quenter in eo casu datur invincibilis igno-
rantia legis, quantum ad obligationem.
Quod si quis alicuius ex motivo siue ma-
gis, siue minus probabilis, dari legem, tunc
teneretur illi obedire ob certum principium,
& legem reflexam, quod teneor obedire ultimo
dictamini de existentia legis; quo mo-
do si ex iudicio invincibiliter erroneo, aut
ex minus probabilis iudicem hoc esse peccatum,
teneor illud sequi ob certum princi-
pium reflexum, & ob certam legem reflexam,
quod parendum est ultimo conscientie
iudicio. Plura contra hoc principium,
Lex non obligat, nisi sit certa, trahit, & solvit

P. Teril. de Reg. mor. qu. 2. a n. 45. ad 75.
& n. 141. ad 160.

Argumenta P. D. Thyrti contra principia
reflexa Probabilistarum.

S U M M A R I U M.

Ait nostra argumenta probare, quod operans cum
dubio non peccat; & nostrum iudicium reflexum
esse fictivum, a n. 106. ad 110.
Solve; quia non tantum peccatur operando contra
prudens dictamen, sed etiam sine eo, n.
111. 112. 113.
Ait regulam; Melior est &c. valere tantum in
materia iustitie, quia tunc possessio est certa;
& contra possessio libertatis, eo ipso quod dubita-
tur de licentia adhibenti, non est certa, sed du-
bia, a n. 114. ad 118.
Ait dubium de voto tenentem implere, n. 119.
Casus hominis, qui est in voto, n. 120.

Possessio in omni materia iustitie, n. 106.
Possessio libertatis in omni materia iustitie, n. 106.
Reflexum esse fictivum, n. 106. 107. 108. 109. 110.

Homo non tamen nascitur liber physice, sed
moralitice, ibid.

Dubium de voto potest dubium deponere, n. 119.

Impugnat reflexum principium de non sufficienti
legis promulgatione, quatenus utraq. est pro-
babilis, n. 120. dicit hanc vocari esse omnino pro-
babilissimam, n. 121.

Solve. Datur lex reflexa non operandi cum
dubio, n. 126.

Nulla inter dictamen & legem reflexam est
contradictio, ibid.

Ait, quod ex dubio speculative oriatur prae-
dicum, n. 127.

Et quod communiter formari non possit dictamen
prudens de non lege, quia vice diligendo con-
sumus de sufficienti diligentia, n. 128.

Cedit nostro argumento, dum concedis dubium
legis per discursum reflexum deponi posse, n.
129. 130.

Dubitans in communi de licentia adhibenti, tenetur
tunc in particulari, nisi quid novum occidat,
n. 131.

Nego quod dubium circa rationem in communi
sit speculative, & circa particularem speculati-
vum, ibid.

Lex dubia non est lex obligans, sed est dubium
de obligatione legis, ibid.

Si facilis est certitudo probabiliorum, tunc
magis certitudo de sufficienti diligentia, n. 132.
ad 136.

Ait dubium voti per non memoriam non deponi
posse, n. 133.

Si ita est, etiam lex dubia per non inventionem
deponi poterit, ibid.

Ad dubium speculative non sequi posse dictamen
practicum, n. 134.

Quid opus sit, ut quis certus sit de sufficienti
diligentia usque, n. 135. 136.

Ait, quod dubium de lege humana per ejus non
inventionem deponi possit; non tamen dubium
de Divina, & naturali, n. 137.

Impugno, n. 138.

Ait, quod licet operari cum dubio practico, et
quod idem sit operari cum dubio de lege, n. 139.
operari cum iudicio affirmante legem, n. 139.
140. 141.

Solve a n. 140. ad 145.

Contradictio, a n. 142. ad 144.

Obijcies 1. ex P. D. Thyrti diff. 7. §. 10. N.
qui totus est in rejiciendis nostris argu-
mentis, inter que illud, quo videtur P. D.
Moya in. 1. qu. 6. §. 5. n. 12. dicens, quod du-
bitans speculative, an actio sit licita, per se
loquendo; dubitat practice, nisi nova cir-
cumstan-

rectum, vel reflexum de non peccato. Quare qui omisso omni dictamine tam directo, quam reflexo de licentia pietura, pingeret die festo, peccaret; & multo magis, si dubitaret, an actio pingendi sit licita eo die. Ratio primi est; quia quod non est ex fide, est peccatum. Ratio secundi est; quia datur lex naturalis vetans ponere actionem dubiam de peccato, non deposito dubio de peccato, quod dubium deponitur per aliquod dictamen directum, vel reflexum. Et hinc patet ad argumentum, & confirmationem.

N. Ad 2. confirm. dico, quod dubitans, an
112. bilis ignorantia legis, eo ipso lex est, ac si non esset: ergo ponere actionem pingendi sub invincibili ignorantia legis vetantis eam actionem, non est ponere actionem peccaminosam; nam actio illa est peccatum, quia veratur: assignetur ergo lex, contra quam est actio pingendi: non enim est contra legem vetantem pingere die festo, nam ea lex invincibiliter ignoratur, & est ac si non esset: rursus non est contra legem naturalem non exponendi se periculo violandi legem, nam nullum preceptum naturale datur obligans, ne lex materialiter violetur, si forte datur; alias omnis ex errore invincibili putans aliquid esse preceptum, quod revera est veritum, ponendo opus illud peccaret, quia violaret materialiter legem; & omnis sequens probabiliorum pro libertate contra legem, peccaret ponendo illam actionem: similiter non est contra preceptum sequendi tutiorem in omni dubio; tum quia hoc preceptum probari debet, non assumi, praecipue cum sit sepe impossibile; tum quia ad summum datur preceptum obligans sequi tutius in dubio practico, non in speculativo; ego autem tunc non dubito practice, an peccem, immo certus sum me non peccare, ponendo actionem non cognitam, seu non judicatam ut veritam; sed tantum speculative dubito, an actio sit verita; ergo non tantum non pecco ignorando legem post adhibitam sufficientem diligentiam, sed nec ponendo actionem pingendi ignoratam invincibiliter ut veritam, nam dubitare, an sit verita, non est apprehendere, & judicare veritam. Quare si pecco, ideo pecco, quia pono actionem sine ullo conscientiae dictamine, seu sine omni bona fide; non enim peccatur tantum, quando quis operatur contra dictamen, sed etiam quando quis operatur sine omni dictamine; & multo magis si cum dubio, quod deponere debet per dictamen nixum alicui principio, ut licite operetur.

N. Ad 2. confirm. dico, quod dubitans, an
113. actio sit verita, & cum eo dubio operans pec-

cat, quia operatur contra legem reflexam de non ponenda illa actione, nisi dubium deponat: quod si illud deponat per aliud principium reflexum, tunc non peccat; nulla autem est repugnantia inter haec duo dictamina, Pecco ponendo actionem dubiam dubio non deposito: Non pecco, dubio deposito; neque enim repugnat, ut simul stent duo, quum plura simul esse possunt dictamina in eodem intellectu, quae si sint, ut accidit in causa nostro, circa objecta materialiter diversa, non erunt contradictoria. Quare qui ponit actionem pingendi non deposito dubio de eius licentia, iudicat se peccaturum; e contra si mul iudicat se non peccare ponendo eam actionem dubio deposito per hoc, aut aliud principium reflexum, *Omne quod non est actio veritum; & multo magis, si certa probabitur sit non esse veritum, est certo permisum.*

Objicies 2. ex P. D. Thyrio dicitur, ubi per totum impugnat hoc alia notum principium serviens pro formando dictamine practico de non peccato, discordante a dubio speculativo. Principium autem est, *In dubijs melior est conditio possidentis in omnium virtutum materia, adeo ut ob libertatis possessionem licitum nobis sit deponere practice dubium.* Objicit autem a n. 68. quia jus axioma valet tantum in materia iustitiae, ut sentiunt 30. Doctores apud P. Sanch. inter quos P. Azor tom. 1. lib. 2. cap. 18. qu. 10. cap. 19. qu. 10. & lib. 11. cap. 15. qu. 2. & P. Nat. qu. 1. 2. d. 56. cap. 3. dicens: Quoties dubitatur, an detur lex, eligendam partem tutiorem; & se nullum ex Scholasticis invenisse, qui oppositum teneatur, immo hoc idem dicit, quando quis dubitat de emissionem voti; & n. 10. eandem inquit esse rationem de dubio juris, ex. gr. an detur lex, ac de dubio facti, ex. gr. an quis commiserit homicidium; & in utroque dubio tutiorem partem eligendam, ne forte violetur lex.

Confirmat 1. a n. 69. quia si dicta regula locum haberet in omnium virtutum materia, licitum esset in omni dubio eligere partem minus tutam ob maius jus, quod dubitans haberet, quatenus est in sua libertatis possessione: ergo dubius de homicidio non deberet se gerere ut irregularem, quia melior est sua libertatis conditio; sed hoc est contra Canones, nam in cap. *Ad audientiam*, & in cap. *Significasti 1. & 2. de homicidio*, & in cap. *Juvenis. de sponsalibus*, deciditur, quod dubius de homicidio abstinere debet ab altari ob dubium irregularitatis; & ratio, quam dat Pontifex, est communis omni dubio, in quo est periculum violandi legem; ratio autem est, quia in dubijs tutior pars est eligenda;

genda; & ideo dubius de homicidio abstinere debet ab altaris ministerio; & se gerere ut irregularem; quia cum certum sit ecclesiae praeceptum, ne homicida accedat ad ministeria altaris, dubitans, an sit homicida, dubitat, an sit peccatum accedere ad altaris ministerium; & ideo, ne se periculo peccati exponat, ab eo ministerio abstinere debet. Sed haec ratio est communis etiam omni dubio juris, nempe an detur lex, vel non; an talis actio vetita sit, vel non; nec ea regula, *In dubijs tutius sequendum*, est praeceptum à Pontificibus in textibus citatis noviter additum, quin est antiquum, & suppositum ut verum; immò ex eà regulà, seu praecepto Papa infert, quòd dubius de homicidio abstinere, debeat à ministerio altaris; nec ea regula est consilium, aliàs Papa malè inferret censendum irregularem; ergo ea regula est strictum juris naturalis praeceptum, nempe ne quis se exponat periculo agendi contra legem Dei.

N. Confirmat 2. n. 70. Si titulus possessionis libertatis esset sufficiens ad deponendum dubium practicum de peccato in tali singulari actione exercenda, eadem possessio libertatis esset titulus sufficiens ad deponendum omne dubium speculativum de ratione generica, ex. gr. an liceat pingere die festo; sed non est sufficiens, nam adhuc data in nobis possessione libertatis, dubitamus in genere, an pictura sit licita; ergo neque sufficiens est ad deponendum dubium de peccato in actione pingendi hodiernà; ergo sicut implicat, ut tollatur dubium speculativum in communi de licentià necne picturà die festo per possessionem libertatis; ita etiam, ut tollatur dubium practicum de actione pingendi hodiernà, nam ex dubio speculativo resultat necessariò dubium practicum, nisi in actione, particulari sit aliqua ratio specialis, quae non in communi; titulus autem possessionis libertatis est communis utriusque rationi tam communi, quam singulari.

N. Confirmat 3. an. 71. quia non valet argumentum à possessione in materià justitiæ ad possessionem in materià aliarum virtutum; quia in materià justitiæ supponitur possessio certay, & explorata; & ideo datur tunc sententia in favorem possidentis rem, quia ipsa possessio auget titulum suitatis, seu iudicandi non esse possidentis, quoties iura partium sunt aequalia: quod si possessio sit dubia, debet res dividi inter partes, ut ait P. Lessius *lib. 2. cap. 6. dub. 3. n. 10. C. de Lugo tom. 1. de iust. d. 7. n. 21.* & alij passim: ergo merito possessio valet in materià justitiæ. Contra in materià aliarum virtutum, eo ipso quòd

dubitatur, an res sit licita, vel non, eo ipso dubitatur, an homo gaudeat possessione libertatis; an verò ea sit limitata per legem, nec titulus libertatis quidquam conducit ad iudicandum non extare legem vetantem eam actionem.

Confirmat 4. dum dicimus, in dubio juris N. fit ne actio vetita, meliorem esse conditionem hominis possidentis suam libertatem; ac pròinde ratione illius deponi practice posse dubium, formando dictamen, quod in tali dubio liceat operari; vel sermo est de libertate physica; & hoc non, quia haec non tollitur, etsi detur lex: vel de morali ad ponendam illam actionem impune, & sine peccato? & haec non est certa, sed dubia, nam idem est dubitare, an actio sit vetita, ac an homo possit ponere eam actionem, quin peccet: ergo cum non sit certa possessio libertatis moralis, titulus libertatis non est sufficiens ad deponendum practice dubium de licentià, & non licentià actionis. Quare cum possessio rei stet cum dubio juris in materià iustitiæ, possessio libertatis moralis non stet cum dubio de licentià actionis in materià aliarum virtutum, ideo non tenet argumentum à possessione in materià iustitiæ ad possessionem in materià aliarum virtutum.

Demum §. 13. per totum ostendit, quòd N. dubius de voti emissione teneatur illud implere; si enim non teneatur implere, dubius de valore matrimonij post matrimonium initum posset petere debitum, quod Canonnes negant. Subdit tamen n. 75. quòd etsi haec ita se habeant, attamen dubius de voto saepe non tenebitur implere votum, & poterit deponere dubium per hoc fundamentum: Ego non facile obliviscor rerum, quas mature delibero; ergo si votum emissem, meminissèm illius; ergo votum non emissem, & sic deponitur dubium.

Verùm nihil horum, quamvis ingeniosa N. sunt, movent, nam d. 13. sect. 3. §. 2. ut satis erat, ostendi, quòd ea regula, *Melior est conditio possidentis*, teneat non tantum in materià iustitiæ, sed etiam aliarum virtutum; quòd idem iterum solide praestabo nunc pro votibus; etsi dictis vix aliquid addendum putarem.

Ad 1. confirm. dico, quòd casus de homicidio est extra rem, immò probat oppositum est extra rem, quia illud est dubium factij, quæritur enim, an dubius de homicidio (quòd est factum) abstinere debeat ab altari? & Papa affirmat: nos autem quærimus, an in dubio juris, seu legis existentis, aut non existentis, Melior sit conditio possidentis? & affirmat.

P. Lessius C. de Lugo.

affirmamus; ergo quantum distat dubium facti à dubio juris, tantum non est ad rem casus allegatus. Probat oppositum; quia ideo dubius de homicidio abstinere debet ab altari, quia certa est lex precipiens homicidæ abstinere ab altari; ergo cum in nostro casu lex, de quâ dubitatur an detur, sit incerta, & dubia, consequenter homo non debet operari, ac si esset certa. Vide quæ dixi d. 12. *sect. 3. §. 2.*

N. 122. Ad 2. confirm. dico confundi quæstionem directam cum reflexâ: quæstio directa est, an pictura die festo liceat? & pro hac resolvendâ inspiciendæ sunt rationes, nec aliquid favet titulus libertatis: quæstio reflexa est, an dato quod dubium, aut æquè probabile sit tam licere, quàm non licere, liceat ob libertatis possessionem pingere? & huic quæstioni favet libertas moralis, in quâ homo nascitur. Adde argumentum manifestam parti instantiam, tum in eo, qui est dubius de voto; hic enim potest assumere pro fundamento non memoriam voti, quod tamen fundamentum non est satis, ut resolvat quæstionem directam, nempe an teneatur implere votum: tum in obediendo, cui si à Superiore præcipiatur, ut die festo pingat, potest licitè pingere & fundatur in hoc principio, quod licite paretur Superiori, quoties res præcepta non est certo peccatum; quod tamen principium non est satis, ut dirimat quæstionem directam de licentiâ picturæ die festo.

Ad 3. confirm. patet ex dictis.

N. 123. Ad 4. conitatur ex d. 8. ubi sæpe probavi hominem nasci non tantum physicè, sed moraliter liberum, seu à lege exemptum, nisi lex positivè probetur; nec in his immorari amplius oportet, cum hæc omnia solverim d. 12. *sect. 2. §. 3. & 4.* solvendo M. Ricij ponderationes. Ad ultimum dico, quod totum fundamentum, quo homo dubius de voto deponit dubium, refunditur in libertatem moralem à voto, in quâ homo nascitur: ergo titulus libertatis moralis, in quâ homo nascitur, (neque enim homo definit esse subiectus Deo per hoc, quod non detur lex) est sufficiens ad deponendum practicè dubium speculativum, an hæc actio liceat, vel non. Immo sicut homo ille dubius de voto utitur tunc ratione reflexâ, ut formet conscientiam de non obligatione implendi votum, immò ut formet iudicium de non emissionem voti; ita nos in dubio de lege, & non lege, uti poterimus rationibus reflexis, ut formemus conscientiam non tantum de non obligatione legis, seu de non malitiâ actionis, sed etiam ut formemus hoc iudicium, *Non da-*

tur lex; vel hoc, Actio non est vetita.

Objicit 3. contra nostrum principium, N. quod quoties utraque opinio contraria est æquè probabilis, toties legis existentia, & non existentia, est æquè probabilis: sed quoties legis existentia, & non existentia est æquè probabilis, toties lex non est satis proposita: ergo quoties utraque opinio est æquè probabilis, toties lex non est satis proposita; ergo tunc non obligat. Quamvis autem P. D. Thyrius n. 77. dicat hanc viam esse omnium probabilissimam pro sententiâ deobligante à sequendâ tutiori, dum utraque est æquè probabilis; & quamvis defendat Probabilitatem contra Anti-Probabilitatem, quatenus illi dicunt tunc legem non esse satis promulgatam; etsi enim dicit satis promulgata, (quod totum est de nomine) quia tamen non est satis proposita illi, cui utraque opinio contraria est æquè probabilis, & ideo respectu illius dici potest non satis promulgata; ut enim lex obliget in actu secundo aliquem, necesse est, ut lex sufficienter applicetur ei per cognitionem; etsi ut in actu primo obliget, necessaria non sit hæc applicatio legis, sed satis ut lata sit. Quamvis, inquam, P. D. Thyrius hæc dicat, atamen P. D. contra nostrum principium trahit n. 81. illud idem argumentum, quod adduxerat n. 64. ait enim hinc sequi, quod non sit peccaturus ille, qui dubius an liceat pingere die festo, pingeret, non formato prius dictamine reflexo de licentiâ picturæ, quia si, stante dubio derivato ex opinionibus æquè probabilibus, lex non est satis proposita, non peccabit pingendo; sed hoc est falsum, nam omnes fatentur peccare illum, qui operatur non habens firmum conscientiæ iudicium de non peccato in tali opere.

Nec dici potest cum P. Teril. de Consc. N. prob. qu. 23. n. 31. illum peccaturum, qui in eo dubio pingeret, non quidem contra legem, sed non pingendi, quia cum hæc non sit satis proposita, non obligat; sed contra legem reflexam certam de non operando nisi deposito legis dubio. Contra enim est, ait P. D. Thyrius n. 83. quia si datur lex reflexa obligans non pingere cum illo dubio, seu dubio non deposito: ergo qui dubius est, an lex non pingendi obliget, non potest eo instanti formare dictamen certum reflexum, quod sibi nunc liceat pingere, quia hoc dictamen, si daretur, supponeret non dari talem legem reflexam obligantem, & aliunde supponeret dari; quæ repugnant: supponeret non dari, quia illud dictamen per nos est verum, & certum; nequit autem esse verum, si datur ea lex reflexa vetans exercitium pingendi;

gendi; supponeret dari, quia quoties du-
bitum est, an detur lex directa velans pingere
de facto, toties datur lex reflexa obligans
non pingere, nisi deposito eo dubio legis ur-

N. 126. Sed contra; quia huc respondit in solutio-
ne ad 1. *objecti*. non enim est aliud, sed idem
argumentum. Dicimus ergo dari legem re-
flexam non pingendi, nisi deposito dubio le-
gis directae; eo ipso autem quod formatur
dictamen, quod lex dubia non obliget, eo
ipso deponitur dubium, & lex reflexa non
obligat, unde nulla in hoc contradictio; nam
nostrum dictamen est, *Mihi licet pingere*,
quoties lex non est satis proposita: sed eo ip-
so quod lex non pingendi est dubia, mihi
non est satis proposita: ergo eo ipso quod lex
pingendi est dubia, mihi licet pingere. Ecce
nulla contradictio; nam dictamen nostrum
certum dicit, *Mihi licet pingere, quoties lex
est dubia*. Lex reflexa dicit, *Non licet pingere,
quoties lex est dubia, nisi deponatur dubium per
dictamen certum*. Quantum ergo differunt
objecta dictaminis, & legis reflexae, tantum
inter se distant a contradictione dictamen,
& lex reflexa; quo modo male diceretur re-
pugnare inter se haec duo iudicia, teneor se-
junare; non teneor, Superiore jubente op-
positum.

N. 127. Dices argumento P. Terilli unice proba-
ri, quod dubium de existentia legis deponi
possit per discursum reflexum hoc modo: Si
lex aliqua hoc opus vetasset, illa post debi-
tam diligentiam patuisset; sed post eam non
patet, quia semper manet incerta; ergo nul-
la lex vetat hoc opus: quo modo dubium de
emissione voti deponitur per hunc discursum:
Si votum emissem, meminissem me
emisisse; non memini, sed sum dubius; er-
go non emisit. Subdit P. D. Thyrsus, quod
est totum hoc daret, nil daret contra se; non
enim negat, quod post dubium de existentia
legis possit formari prudens praesumptio
de non existentia illius; certum enim est,
ait n. 84. quod si dubium antecedens depo-
natur, & formetur iudicium prudens de non
existentia legis, tunc poterit licite operari.
At non est iste casus quaestionis. Status est,
an flante dubio speculativo de existentia le-
gis, possimus formare dictamen practicum
de licentia operationis, ut vult P. Sanch.
lib. 1. Sum. cap. 10. n. 3. Ego tamen (ait de se
P. D. Thyrsus) nego cum P. Valq. 1. 2.
d. 6. n. 2. quia ex dubio speculativo, & in
communi resultat necessario dubium practi-
cum, & in particulari; & dictamen practi-
cum tollens dubium practicum, & in parti-
culari, tollit etiam dubium speculativum, &

in communi; & ideo implicat me dabitur;
ex. gr. an sit ultra accipere aliquid ultra for-
tem ratione luci cessantis, & simul me que
certum non est ultra, si hic, & nunc ac-
cipio aliquid ultra fortem ratione luci ces-
santis.

N. 128. Addit n. 85. ad summum probari, quod
possit tolli dubium de existentia legis per
discursum reflexum; quia (inquit) si tunc
est, quod certus quis sit se fecisse operari ad licen-
tiam debitam ad inquirendam existentiam legis.
Rursus, an certus esset de licentia in-
gentia, adhuc posset esse incertus, an ca-
ficiens diligentia talem secum trahat nou-
tam legis, ut posset inde arguere egerem non
existere hoc ipso, quod post diligentem in-
quisitionem inventa non sit. Quamvis au-
tem in aliquo raro casu possit quis prudenter
formare iudicium prudens de non existen-
tia legis, hoc ipso, quod eam diligenter que-
sivit, & non invenit, communiter tamen ne-
queunt omnes prudenter dubitantes de exis-
tencia legis deponere illud dubium, for-
mando illud iudicium: ergo tunc pecca-
bunt, si ita de dubio operentur: ergo qui
post sufficientem diligentiam manet dubius
de lege, habet legem sufficienter propositam,
ita ut peccet operando illud, quod lex illa
dubia vetat. Haec ferè ad verbum P. D. Thyrsus
Thyrsus n. 84. & 85.

Sed contra 1. quia aperte cedit nostro ar-
gumento, dum concedit, quod per discursum
reflexum deponi possit dubium de exis-
tencia legis; & ad summum qui necesse est
formare iudicium reflexum prudens de non
existentia legis, peccaturos esse, si eo non
formato operentur cum eo dubio.

Contra 2. quia in ordine ad praesens pa-
rum interest, an flante dubio speculativo de
licentia actionis, formare possimus dicta-
men practicum de licentia ejusdem actionis,
an non? sive enim negetur, sive affirmetur,
adhuc verum erit nostrum principium, quod
dubium de licentia actionis tolli possit per
discursum reflexum; si ergo talis discursus
formetur, licitum erit operari, sive maneat,
sive non maneat dubium speculativum: er-
go cum finis noster in praesenti sit declarare,
quomodo operari possimus, cum dubitamus
de existentia legis, optime nos gerimus tra-
dendo modum, & dicendo, quod recurro
debeamus ad discursum reflexum.

Contra 3. quia certum mihi est, quod si
dubio de tali actione particulari non accedat
aliqua circumstantia reddens illam licitam,
qui dubitat in communi, an aliqua actio li-
cita sit, dubitat quoque in particulari, an ta-
lis actio contenta sub ea ratione communi
fit

P. Sanch. lib. 1. Sum. cap. 10. n. 3. Ego tamen (ait de se P. D. Thyrsus) nego cum P. Valq. 1. 2. d. 6. n. 2. quia ex dubio speculativo, & in communi resultat necessario dubium practicum, & in particulari; & dictamen practicum tollens dubium practicum, & in particulari, tollit etiam dubium speculativum, &

fit licita; & quoad hoc verum dicit P. D. Thyrius. At committitur æquivocum, et si fundatum in aliorum explicatione, nempe, quod illud dicitur dubium speculativum, quod versatur circa rationem communem; illud practicum, quod circa actionem particularem; hoc enim est falsum, nam ostendi tam cognitionem practicam, versari posse circa rationem communem, quam cognitionem speculativam circa rationem singularem: eo autem ipso quod hoc verum sit, ut verum est, nulla est juxta me difficultas, quod cum dubio speculativo de licentiâ, aut non licentiâ talis actionis particularis, stet dictamen practicum de licentiâ ejusdem actionis particularis; quatenus ad dictamen practicum formandum assumere possum principia reflexa, ex quibus deducam licere mihi operari: ex. gr. dubito speculativè, an hodie licitum mihi sit pingere; est dubium speculativum circa actionem particularem, nempe hodiernam, & meam; assumo hoc principium, Lex dubia non obligat, nam lex dubia non tam est lex obligans, quam dubium legis obligantis; non tam est lex, quam non lex: sed lex vetans picturam est dubia; ergo non obligat; ergo pingere possum. Ecce dictamen practicum eruitur ex utraq; præmissâ, adeoque dicit, Licet pingere; quia lex vetans picturam est dubia, & lex dubia non obligat: e contra dubium speculativum purè considerat, an licitum sit pingere, non autem an licitum sit, quoties lex vetans picturam est dubia.

N. 132. Contra 4. quia ignoro, cur velit adeo difficile esse, ut quis sit certus de sufficienti diligentia adhibita, & velit tam facilem esse certitudinem probabilitatis, cum tamen hæc longè plus præsupponat diligentie, quam illa.

N. 133. P. Thyrius. Contra 5. quia multò magis ignoro quomodo n. 75. dicat, *Sæpe in dubio voti non erit obligatio implendi votum*, quatenus dubium deponi potest hoc discursu, Si vovissem, meminisssem; hic autem n. 85. dicat *posse in aliquo raro casu prudens formari judicium de non existentia legis utens hoc discursu*, quod eam diligenter quæsit, & non invenit: si enim per non memoriam voti deponitur sæpe obligatio voti dubij, quomodo per diligentem legis inquisitionem non deponatur sæpe obligatio legis dubiæ? quasi vero facilius sit recordari præteritorum, & quasi obligatio voti dubij esset minor, ac sit usus debitiæ diligentie fundatæ singulariter in præsumptione tot Doctorum, qui eam diligenter quæsierunt, & non invenerunt; & obligatio legis dubiæ esset maior obligatione dubiæ voti.

Contra 6. quia rogo, ut mihi declaret, quomodo cum dubio speculativo de existentia voti stet dictamen practicum de non obligatione voti speculativè dubij: vel enim tunc deponitur dubium speculativum, & sic etiam in nostro casu deponitur dubium speculativum de existentia legis; vel non sic nec in nostro casu hoc est necessarium. Rursus declaret, quod dicit se non intelligere, quomodo ad dubium speculativum sequi possit dictamen practicum, nam aut ex dubio speculativo resultare necessario dubium practicum; & tamen hoc intelligit in materia voti speculativè dubij, ad quod non resultat dubium practicum.

Contra 7. quia si communiter nequeunt omnes dubitantes de existentia legis deponere illud dubium formando illud judicium reflexum de debita adhibita diligentia, immo vult, quod peccet, qui operatur contra legem dubiam, eo quia est sufficienter proposita; quomodo asserit deponi sæpe potest dubium de voto, & non peccare, qui operatur contra votum dubium, nec esse et sufficienter propositum votum?

Contra 8. Si difficile est, ut quis certus sit de usu sufficientis diligentie pro inventione, longè difficilior est, ut quis certus sit de usu sufficientis diligentie pro inventione non tantum veritatis, sed etiam probabilitatis, & quidem notoriæ, & excedentis, ad quam obligat, quoties altera est minus probabilis; & tamen hoc longè difficilius est adeo facile Probabilioritatis; & illud est adeo difficile. Sanè ut quis sit certus de sufficienti diligentia adhibita pro inventione veritatis, satis est, ut quis cognoscat utramque contradictoriam esse certo probabilem: ut autem quis certus sit de sufficienti diligentia adhibita pro inventione probabilitatis excedentis, non satis est cognoscere, & certum esse de utriusque probabilitate, sed præterea debet esse certus tum de probabilitate, tum de excessu probabilitatis.

Dices iterum ex P. D. Thyrii §. 13. n. 76. N. Esti per non memoriam voti possit deponi dubium voti, & per non inventionem legis dubiæ de existentia legis, non tamen legis Divinæ, & juris naturalis, sed tantum legis humanæ, quia numquam homo habuit indubitam libertatem ad exercendum sine peccato actionem, de qua dubitat, an sit intrinsecè mala.

Sed contra 1. quia supponit omnem actionem vitiam per legem Divinam esse intrinsecè malam, quod est certò falsum; nam aliquid malè sunt, quia vitia. Contra 2. quia licet

licet aliquæ actiones sint intrinsecè malæ, aliæ tantum ratione præcepti, adhuc tamen utraq; sunt malæ: si ergo asserit in homine libertatem ad exercendum impunè, & sine peccato actionem aliquam contra legem humanam, quoties quis dubitat de lege humana, cur non obedire voto est actio intrinsecè mala, supposito voto, & tamen per non memoriam voti asserit deponi posse dubium voti, & dari in homine libertatem non implendi votum dubium, quin peccet; cur non in aliis materiis? Contra 4. Judicium probabilius de non lege Divinâ est, juxta P. D. Thyrsium, sufficiens, ut operemur impunè contra legem Divinam: ergo judicium de non lege Divinâ certo probabile, erit per me sufficiens ad idem.

N. 139. Initas ex eodem §. 14. n. 86. Si quoties intellectus est dubius de existentia legis, lex non est sufficienter proposita; ergo neque lex erit sufficienter proposita, quando intellectus est dubius, an detur, vel non detur lex circa actionem nunc exercendam, seu an actio nunc exercenda sit peccaminosa: ergo non peccabit homo, quamvis operetur cum dubio practico, an actio hic, & nunc sit peccatum, quia lex non erit sufficienter proposita; sed hoc est contra omnes, nam omnes dicunt esse peccatum operari cum dubio practico; ergo &c.

N. 140. Sed contra; quia huic fati responsum est, nam est peccatum operari contra, aut sine conscientia dictamine, & supra insinuavi æquivocum hic latens; tam enim dari potest dubium speculativum, an actio nunc exercenda sit peccatum, quam an eadem actio sub ratione communi sit peccatum; quapropter dico, quod talis homo nõ operatur cum dubio practico, immò illud deponit, dum judicat, quod lex vetans talem actionem non sit fati proposita; operaretur cum dubio practico, si illud non deponeret.

N. 141. Concludit P. D. Thyrsus n. 87. dicendo, quod lex sit sufficienter proposita, quoties viri sapientes cum gravi fundamento judicant dari legem prohibitivam alicujus actionis, & adfunt motiva gravia ad ita judicandum, quamvis ea motiva non possint hic, & nunc extorquere assensum, vel persuadere, eò quod concurrant cum motivis partis oppositæ æque moventibus ad dissentium de existentia legis. Ratio est; quia operari cum eo dubio non est operari cum invincibili ignorantia legis; & lex sufficienter mihi applicatur per hoc, quod sciam multos viros sapientes testari, quod detur talis lex; & prudens dubium de legis existentia æquivalet

judicio opinativo de existentia legis; nec actio, quæ fit cum eo prudenti dubio, dici potest violatio solum materialis, qualis est illa, quæ fit cum invincibili legis ignorantia.

Sed contra 1. Rogo ut combinet, si potest, hanc doctrinam cum eâ, quam dedit §. 142. 7. quod quoties S. Hieronymus, & S. Aug. ubi contradicunt, non habeant eâ in re auctoritatem; & quod motiva æqualia se prorsus elidant: hic enim docet ex eo quia viri sapientes dicunt dari legem, & dantur motiva gravia ad judicandum illam dari, legem esse sufficienter propositam, etsi totidem sapientia, & numero æquales, & totidem motiva æque gravia dentur pro judicando prudenter legem non dari: si enim motiva, & auctoritates æquales se omnino elidunt, eò ipso non datur fundamentum judicii prudentis, sive pro lege, sive pro non lege; vel si datur, eò ipso non se elidunt, & intellectus potest assentiri motivo æquali, stante opposito æquali.

Contra 2. quia eandem doctrinam combinet cum eâ, quam dedit §. 13. de dubio voto; nam etsi dentur fundamenta æque gravia pro emissionem, ac non emissionem voti, non ideo obligatio voti est sufficienter proposita; vel si est, potest quis deponere dubium de voto per discursum fundatum in non memoria voti; ergo etiam, etsi dentur æqualia fundamenta pro lege, ac pro non lege, poterit dubium deponi per discursum fundatum in non sufficienti propositione. Quod si dicat legem esse fati propositam per hoc, quod viri prudentes asserant eam dari, & per hoc, quod dentur motiva ad prudenter judicandum legem dari, etsi totidem dentur pro prudenter judicando legem non dari: dicam, quod etiam obligatio voti erit fati proposita per hoc, quod dentur motiva ad prudenter judicandum votum fuisse emissum, etsi totidem dentur pro judicando prudenter, votum non fuisse emissum; & sic vel dubium voti deponi non poterit; vel si potest, poterit etiam dubium legis.

Contra 3. quia combinet eandem suam, N. doctrinam cum eâ, quam tradit §. 18. quod utraque pars contradictionis non possit eidem intellectui videri simul probabilis; hic autem supponit existentiam, & non existentiam legis æque prudenter proponi eidem intellectui, & quod motiva æqualia æque moveant aliqua ad assensum, alia ad dissentium disjunctivè ponendum.

In formâ nego legem sufficienter proponi per hoc, quod dentur motiva ad prudenter judicandum dari legem, si simul adfint æqualia motiva ad prudenter judicandum non

non dari. Quare qui vult operari contra legem dubiam, non debet iudicare dari legem, alias operando peccabit; sed debet iudicare vel directè non dari, vel reflexè, quod lex directè dubia non obligat; & tunc, si contra illam operetur, erit ad summum transgressio materialis, qualis est, juxta P. D. Thyrsium, in eo, qui sequitur minus tutam probabiliorum. Addo totum ab eo solvendum; nam homo tenetur, juxta eundem, ad probabiliorum, etsi minus tutam: quæro, an tunc, licet habeat motivum pro iudicando legem dari, peccet operando contra legem? Dicit non peccare formaliter: cur autem? Dicit; quia sequitur iudicium prudentius de non lege: ita ego dico non peccare formaliter, quia sequitur motivum prudens pro non lege.

P. Thyrs.

SECTIO IV.

Argumenta Palanci contra possessionem libertatis a lege incerta.

§. I.

Quia axioma, Melior est conditio possidentis, unice tenet in materia iustitiæ.

SUMMARIUM.

Ait regulam esse juris, non conscientia; & unice tenere, cum possessio est certa, n. 146.

Et quia homo non gaudet possessione libertatis a lege, cum non nascatur liber a lege, n. 147.

Et quia idem est dubitare, num res liceat, ac an liber sit ab obligatione omittendi illam, n. 148.

Et quia leges negativæ obligant a primo ratio nis instanti, n. 149.

Et quia toties possessio libertatis est dubia, quoties dubitatur de licentiâ rei; dubia autem possessio, ne quidem in materia iustitiæ favet, ibid.

Retorqueo, & solvo, n. 150.

Possessio libertatis alia est physica, alia moralis, & ab ea valet illatio ad hanc; & utraque est prior omni lege, ibid. & 151.

Sicut in materia iustitiæ aliud est iudicium de physica pacifica possessione, aliud incertum de rei proprietate; ita aliud est certum de pacifica libertatis possessione iudicium, aliud incertum de lege, seu de non licentiâ rei, n. 152.

Ait in dubio de proprietate rei, possessorem esse reum, & non possessorem esse actorem, cui incumbit probare; dici autem nequit, quod Deus sit actor, & homo sit reus, n. 153.

Ait, quod sicut in pari causâ conditio causa pia, & Ecclesiæ est melior, ita & Dei, n. 154.

Solvo: Aliud est dubium de lege, aliud de libertatis possessione, a qua ut quis deturberur, ne-

cessaria est certitudo legis, n. 155.

Data aequali, immo majori ratione pro lege, pro libertate a lege, possessio stat pro lege, n. 156.

Ait ideo in dubio possessorem non teneri restituere, quia retritur in infinitum; hoc vero non tenet in dubio de licito, si sequamur tantum, n. 157.

Retorqueo, n. 158.

Ait in materia iustitiæ dari prescriptionem, non ita in foro conscientia contra Dei legem, n. 159. 160.

Ait, quod possessor in materia iustitiæ privatur bono temporali; e contra in foro conscientia acquiritur bonum spirituale, & libertas, per legem perficitur, n. 161.

Solvo: In materia iustitiæ locum etiam habet forum conscientia, n. 162. 163.

Ait neminem per legis obligationem determinari, n. 164.

Insto evidenter, ibid.

Obligatio, & obligationis impotentia sunt predicata neutra; & sunt perfectio, aut imperfectio, prout est radix, unde derivantur, ut patet in Deo, n. 165.

Arguit 1. Palanco qu. 21. §. 2. quod licet verum sit, in dubijs iustitiæ meliorem esse conditionem possidentis, si bona fide, & pacificè possideat, ita ut dicat regulæ sensus sit, (ait n. 10.) in dubijs circa rei proprietatem præcise à possessione meliorem esse possidentis conditionem, quia per possessionem solvitur dubium in favorem possidentis; dicta tamen regulæ applicari non potest possessioni libertatis; ita ut in dubio num res sit licita, solvatur dubium in favorem libertatis; 1. quia ea regulæ est regulæ juris; ergo fertur tantum pro materia iustitiæ, cujus objectum est jus; non pro materia conscientia; & ideo non dicitur regulæ conscientia; 2. quia ea regulæ valet tantum, quando possessio est certa, non quando est dubia: sed in dubio, num hoc sit licitum, possessio libertatis est dubia; licet enim certa sit possessio libertatis à necessitate, quatenus homo est liber agere, & non agere, sive licitè, sive illicitè; non tamen est certa possessio libertatis ab obligatione, immo hoc ipso, quod dubitatur, an res sit licita, eo ipso dubitatur, an homo sit liber ab obligatione legis; & idem est dubitare de illo, ac de illo; ergo ea regulæ non potest habere locum, quoties dubitatur, an res sit licita.

Confirmat 1. n. 15. Ideo ea regulæ tenet in materia iustitiæ, quia potest esse dubium de proprietate rei cum certitudine de possessione rei: sed dum dubitatur ex quo tenentur